

OPUSCULUM

De Alternativa Beneficiorum
Provisione Sede Papali
plena,

D I C A T U M

Excellentissimo , ac Reverendissimo Domino D.

JOANNI DEMELLO

Episcopo Colimbricensi , Comiti de Arganil, Do-
mino de Coja, à Consiliis Regiae Maiestatis,

A U T H O R E

EMMANUELE ALVAREZ
P E G A S,

J·C·LUSITANO.



VLYSSIPONE,

Ex Typographia MICHAELIS DESLANDES,
Serenissimi Regis Typographi.

Cum facultate Superiorum. Anno 1697.



ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO

D· JOANNI DE MELLO,

Episcopo Colimbriensi, Comiti de Arganil,
Domino de Coja, à Consiliis Regiae
Maestatis.

N, Illusterrime Domine, libellus
hic de Alternativa Beneficiorum
Provisione ad Illustrissimae Domi-
nationis tuae non tam audacter ad-
volat manus, quam humiliter qua-
rit pedes, ut Authoris sui nomine
venerabundus confugiat ad pedes
adeò magnifici Praesulis, cuius pro-
assidua Beneficiorum Provisione quamplurimi deoscu-
lantur manus. Quærit, inquam, Opusculum hoc Illustris-
simae Dominationis tuae præsidium, ut quò tendit, inde
auspicium sumat felicissimum; nam de obtredatorum ca-
lumniis facile triumphabit tanto munitus patrocinio, lau-
roque tua obumbratus. Rectè proculdubio dixi Illustris-
simae Dominationis tuae; est enim Dominatio tua
undecumq; Illustrissima, tum sanguinis nitidissima clari-
tate, tum virtutum (quod pluris æstimandum) præcla-
rissimo nitore, quibus ita effulget, ac splendescit, ut in-
ter cæteros jure merito conclametur, velut inter ignes
luna minores; adeò enim sanguinis excellit claritudi-



DE ALTERNATIVA

Beneficiorum provisione Sede Papali plena.



NNO 133. ab Orbe condito , circiter unum , aut alterum , postquam de Caino natus est Henoch , de quo loquitur Sacra Pagina Genes. cap. 4. vers. 16. & 17. ipse Cain cum aliquamdiu huc , atque illuc vagus sedes mutasset , tamen congregatis , qui de stirpe sua jam progeniti erant ; sive ad maiorēm sui caetlam , sive ut ipse melius posset ab omnibus dominari , sive ut post inversiones , & prædas , quas , teste Iosepho primo antiq. cap. 3. per vim de alienis bonis facere solebat , tutiori loco se recipere , easque reponere valeret : primus omnium ædificavit Civitatem , quam ex nomine filii sui Henoch , quem diligebat plurimum , vocavit Henochiam , Genes. cap. 4. vers. 17. Hanc Ioseph ubi supra , vocat Enosam , quia per Henoch posuit Enosum. Quod autem per hæc tempora potuerit Cain urbem condere , nemo dubitare debet , si recolere non gravabitur , quod ut ex dictis consequitur , ipse jam excesserat annum ætatis suæ centesimum trigeminum ; quo fit , ut etiam posset numerum satis magnum habere posterorum.

Quamquam autem credi possit hanc Civitatem à principio quidem fuisse parvulam , quippe ex solâ Caini sobole tunc constaret : oportet tamen eadem postea admodum esse auctam ; ac tandem adeò famosam in toto Orbe efficiam.

PROTESTATIO.

Me inscio si aliquid in hoc Libro, vel alibi elapsum est, quod Catholicæ Fidei, aut Christianæ Religioni aliquatenus aduersetur; vel ignaro, quod DD. minus probari contingat; id omne indictum, non scriptum, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ, aut cuiuslibet melius sentientis correctioni subjectum, ex debito voveo, ex animo volo.

L A V S D E O.



IN.

- Num. 391.** Reprobatur argumentum juris Patronatus, non obstantibus dubiis Capituli allegationibus.
- Num. 392.** Ultima concessio alternativa Episcopo observari debet ex jure Pontificis, & proprio.
- Num. 393.** Doctrina Gonzales procedit inter Episcopum, & Capitulum, non verò inter Episcopum, & Pontificem, inter quos datur alternativa.
- Num. 394.** Satisfit abundantius argumento Capituli, & Doctoribus circa optionem.



E I N I Z

Pri: